

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

De quatuor virtutibus pronuntiationis. Capvt VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Hæc suavis, quæ gratia quodam flore delectat.

Eπαγγελτικὴ illecebrosa, flexibilis, & delicatis modulis afflens.

Eπειδὴν exquisita, culta, facunda.

Eπειδὴν rotunda, simplex, & ad persuasio- nem aptissima.

Eπειδὴν tractabilis, quæ facilè ab imo ci- tatur ad sumnum, à summo defluit ad imum, & in omnes conciditur varietates.

Eπειδὴν flexibilis, & rigoris expers, quæ singularem sequitur, ut cera mollis di- gitos.

Eπειδὴν volubilis, citata, & velox, qua- lis esse solet optimorum oratorum, ubi pugnat densius.

Γλυκὴν dulcis, & molli quodam decore ef- florescens.

Λύρικὴ canora, stridula, & ad citharae fides apta.

Σοφὴ plena, perspicua, & auditu facilis.

Διαφορικὴ splendida, & molliiter pellucens.

Et hæc fermè sunt vocum genera, & virtutes, quæ à natura proficiuntur, ab arte tamen culturam capiunt, & nitorem.

cere. Nam qui grandiores peregrinas linguis discent, vix adeò pronuntiant, vt ab inde- nis vito quodam sonitu non discernan- tur.

Perspicuitas, & lux pronunciationis est in articulata quadam expressione omnium syllabarum, legitimisque interpunktionibus, de cuiusqua ita præcipit Fabius.

Dulcida vero erit pronunciationis, primum si verba tota exegerit, quorum pars deuorari, pars desitui solet, plerisque extremas syllabas non proferentibus, dum priorum sono indulgent. Ut autem est necessaria verborum explanatio, ita omnes computare, & velut annumerare literas molestum, & odiosum. Obleruandum etiam, quo loco sustinendus, & quasi suspendendus sermo sit, quod Græci ὑπὸιασολην, οὐδὲ ὄποιγμα vocant, & hoc arte, ut appareat, est parabile.

Ornatus est cultus vocis, & nitor, cui plurimum suffragatur à natura vox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura, secans, erecta, auribus sedens, & ceteræ virtutes, quas ex Iulio Polluce com- memorauimus. Accedit etiam tenuis organi pulchra compositio, ut lateris firmitas, ut spiritus cum spatio pertinax, & labori non facile cessurus.

Habilitas est in constanti quadam æquilibrio, pro argumentorum diversa ratione, iucunda pronunciationis varietas.

Vt enim optimus stylus sic sit perpetuò æquabilis, & sibi constans, ramen pro materia subiecta nunc grauis, nunc floridus, nunc leniter de- missus appetat: sic laudata vox semper eadem, & à sua bonitate non discedet, multas propterum conditione admittit varietates, è quibus omnis ei decor efflorescit. Dici non pos- test, quantum habeat gratiam ars illa variandi, quantum auditores exhilarat, & ipsum oratorem laboris vicissitudine reficit. Contra vero Monotonia, non modo dicentem ene- necar, sed ipsos examinat auditores. Omni- nō ut standi, ambulandi, sedendi vices sunt, nihilque horum pati diu possimus. Ita in pro- nuntiatione amamus gratiam vocis in insta- grata, tenui viribus, & labori non facile cessurus.

Erit igitur vox, ut præcepit Quintilianus, lœtis in rebus plena, simplex, hilaris, fluens. In certamine erecta tonis viribus, & velut omnibus nexus intenta, atrox in ira, & aspera, ac densa, & respiratione crebra, paulum in iniuria facienda lenior, quia non fecerit ad hanc,

De quatuor virtutibus pronunciationis.

CAPUT VII.

Quatuor sunt præcipue pronunciationis virtutes, Puritas, Perspicuitas, Cultus, Habilitas.

Tab. I. II.
Prima vir-
tus pronun-
cationis pu-
ritatis.

Puritas est salubritas quedam vocis, in qua nihil est vitii, cui officit vox subsurda, raudis, immanis, dura, rigida, varia, præpinguis, aut tenuis, inanis, acerba, pusilla, mollis, effæm- nata. Contrà iuuat os facilè, explanatum, iucundum, urbanum, in quo nulla rusticitas, neque peregrinitas resonet, ut ait Quintilianus, Cicero, de Orat. 41. pari ratione con- demnat vocem mollem, muliebrem, extra modum absconam, atque absurdam, item agrestem, & rusticam: vultque pronunciationi non aspera, non vasta, non rusticæ, non hiul- ecæ, sed præsc̄æ æquabiliter, & leniter. Accedit etiam tonus, seu accentus, quo homines ut era tinnit dignoscuntur. Hæc virtus, tum natura, tum consuetudine paratur, cuius vis magni momenti est. Itaque plurimum suabit a teneris recte pronunciationi affus-

Hanc, nisi inferiores confugunt.

At in blandiendo, farendo, satisfaciendo, rogando, lenis & submissa. Sudentium, & monentium, & pollicentium, & consolantium grauis. In metu, & verecundia contracta: in adhortationibus fortis, disputationibus teres, miseratione flexa, & flebilis, & consulto quasi obscurior, at in egressionibus tusa, & secura clatitatis, in expositione, ac sermonibus recta, & inter acutum sonum, & grauem media. Attollitur autem concitatis affectibus, compositis descendit, pro vtriusque rei modo altius, vel inferius. Hoc profecto, qui praestare poterit, pronuntiationis assequetur perfectionem.

Voci varie
tas in actio
ne commen
datur in
Gratiano.
Auⁿiu^s
in actione
grat. ad Gra
tianum Im
perat.

Et hanc ipsam virtutem Ausonius commendat in Gratiano. Quis tenor vocis cum remissa, qua temperatio cum vtrique dispensas. Quis Oratorum læta iucundius, facunda cultius, pugnacria densius, aut densata glomeratius dixit? aut quod est cuique liberum cogitauit.

Cicero 3. de Orat. 216. pronuntiationem in plura genera diuidit, leue, alperum: contratum, diffusum: cōtinenti spiritu, internisslo, fractum, scissum: flexo seno, recto: attenuatum, inflatum. Hi sunt (inquit) actori, ut pictori expositi ad variandum colores.

Iracundiae amant acutum, incitatum, crebro incidens.

Miserationes, flexible, plenum, interrup-
tum, flebile.

Metus, demissum, hæsitans, & abie-
ctum.

Vis, contentum vobemens, imminens quā-
dam incitatione grauitatis.

Voluptas, effusum, leue, tenerum, hilari-
tum, acremisum.

Molestia, graue, ac uno pressu obdu-
ctum.

De gestu, & ritibus antiquorum in nume-
rando, & loquendo per
gestus.

Et de hoc curiosæ Astabasda obser-
vations.

CAPUT VIII.

R ESTAT altera pars actionis gestus, cuius Gestus lo-
quax est quadammodo silentium; si-
quidem Cassiodorus in vajis, Orchestra- quax silen-
tium loquacissimas manus, linguosos digitos,
silentium elamosum nominat, & ciuius expo-
sitionis tacite meminit, quam Musa Poly- Manus lo-
hymnia reperiisse narratur. His corporis, ma- quaces.
xime vero digitorum signis in numerando Di, i.e. In-
plurimum usus fuisse, veteres testatur Nico- guosi.
laus Smyrnaeus Astabasda, qui libellum à Nicolaus
doctiss. Morello editum de ea re conscripsit, Smyrnaeus
εκφασιν της δαχτυλικες μέτρας. Non erit hic Astabasda,
à re alienum quādam capira subiecere, ut in-
dē varios vermiculatorum digitorum flexus,
ut loquitur Martianus, nec non nimis fortasse
putidam in eo an iquorum inuentorum sub-
tiliam lector agnoscat.

RATIO ANTIQVORVM PV TIDIV SCVL A NVMERANDI,
& loquendi per gestus.

ΕΝ οἳ τᾶς χερσὶ καθέτες τοὺς ἀριθμοὺς
εἰστω. καὶ σὲ μὲ τὴ εὐωνύμη δεῖ ὅφει
λεις τὰς μονάδας, καὶ δεκαδας κρατεῖ.
εὶ δὲ τὴ δεκάτας ἑκατοντάδας, καὶ χιλιο-
τάδας, τοὺς δι' ἐπέκεντα τριῶν ἀριθμοὺς χα-
ράγμενην τιν. οὐ γάρ ἔχειστως καθέτεις σὺ
τὰς χερσὶ.

Συσελλομένης τὸς πρώτου ἐν μικρῷ δαχτύ-
λῳ τὸ μύσταρχον καλεμένη, τὴ γετιάρων
ἕκτη μένειν, καὶ ταμένειν ὥρδίων, κατέχεται

I N manibus ita numeros continēbis: & in
manu quidem iæua vnitates & decades
tenere debes; in dextra vero centenari-
os, & millenarios. Numeros autem, qui
hos excedunt, notare alicubi oportet. Nam
integrum tibi non erit illos manibus conti-
nere.

Minimo seu auriculari digito contracto:
quatuor vero reliquis ex enlis, & erectis, in
sinistra quidem manu vnitatem solam con-
tinere.

Kkk

tineso